

De Reditu Fixo Europeo: Pecunia Britannica

Paradoxai V: De Aureatis Reemendis

- **POST nuntio de consilio vectigale, Mensa Publica *syngraphen* de chartis reemendis promulgavit.**
- **NEMO chartas aureatas ante kal. iul. mvm reemere incipiat.**
- **DE HIS sequetur ut cursus auratae cuiusdam redditus non diutius se invertat annos post novem, et *paradoxai* de chartis singulis rariores sint.**
- **EDENDI rationes ita commutentur ut fiant *dialyseis*.**

DIXIT quidem huius praeclarae reipublicae excelentissima Mensa Publica, patres, in *syngraphi* deliberanda atque censenda chartas mutuari licitum esse per reemendum, id quod qui Aerario praesit, homo egregius, a.d. iiii kal. dec. mcmxciv in consilio vectigale affirmavit, non modo *misthopoietais* sed civi cuique, neque necesse mutuum aut dare aut sumere solum per interpretem, sed haec incipere non posse ante kal. iul. mvm. plane igitur Mensa via reemendi nobis patere exspectat aut in tertia parte anni proximi, aut, si non, paulo post, et simile ac in terris aliis. sed tamen quo modo res vectigalis se commutetur idcirco ut id fieri possit nondum divulgatum est, preter mutuari necesse quod negotia per reemendum fortasse oppressa sint vel si conlocator qui praemium sine ullo vectigale exspectat post vectigal recipiat, vel qui post vectigal sine ullo (nam hoc tempore alii praemia sine vectigale, alii post vectigal recipiunt); hanc et alias res cum Exactoribus Aerarioque disquantem Mensam constituere Exactores ipsos, nuntio mox facto, cum mercatoribus de mutationibus consulere, utrum necessariae et quales sint. hoc nuntio facto existimare poterimus si Mensa atque Exactores in animo habeant praemia semper sine vectigale permittere, id quod chartis non *xenikais* magno auxilio esset.

Sed his factis quo modo cursus reddituum auratarum se commutabitur? hoc quidem *diagramma* cursus de auratis, Americanis, Germanicis, Gallicis exprimens demonstrat eum aureatae chartae ab aliarum differre quod non modo annos post octo se invertat, sed etiam charta quisque ab aliis similibus vel duratione vel maturitate reditu longe absit. Sed nobis videtur, si licuerit chartas reemere, cursum non diutius se inversurum esse, neque chartas aliis rebus tam similes, reditu tam inter se dilatos esse; et haec fortasse fieri coeptura esse ante initium talis negotii. sed cur hoc dico?

In linguam latinam ab amico meo Ruperto Thompson traductum col. regin. cant. prid. kal. dec. mcmxciv, cui ampulla vini de Oporto debeo.

Consideremus enim quid facere possit conlocator pecuniam quendam certam habens. hoc tempore, cum reemere non liceat, constituere potest solum quantum durationis velit, qui delectus statuet ubi in *diagrammati* chartas emere, ubi veno dare. si igitur conlocator quidam, quasi taurus, redditus augeri habet, nihil emet nisi chartas longissimas duratione. sed, si reemere licet, talis conlocator quantum temporis conlocet separatim ab ubi deligere potest. itaque, qui lb c habet, lb cc eius chartae quae maximum praemium redit (id est x p.c. a.d. iiii kal. sep.) emere potest, si modo mutuum sumit aureata reemenda, nam huius conlocatus complicitis duratio paulo longior est quam simplicis in viii et iiii part. quart. p.c. a.d. iv kal sep. qua ratione conlocatores utuntur quibus licet reemere, et si quis qui pecunia Britannica negotium non agit aleas pecuniae permutandae audere nolit, non dubium est quin aureatam aliam emat alia reemenda. nam quamquam hoc tempore pecunia chartis emendis comparari potest per modum mutuandi qui exstat, tamen is modus conlocatoribus saepe molestus atequ aberrans videbatur. talibus igitur hominibus atque negotiis, reemendum magno auxilio erit.

Ubi denique conlocatores pecuniam conlocabunt? cum cursus reddituum maximus sit ca. mmiii, et mercatores, qui de talibus cognoverunt, usuras menstruas maximum mcmxviii attacturos esse praedicat, veri simile est alienos plerumque in chartas maturaturas inter hos annos, quarum redditus maximus sit, conlocaturos esse.

Praeterea, cursus non diutius se invertet etiam si onlocatores ad ursas accedent potius quam tauros. nam in mercatu quovis secundum naturam aliae emuntur, aliae veno dantur, et si aliae earum venitarum breviores, aliae longiores sunt, cum emptarum maior pars annis novem maturabunt, haec facilius evenient.

Quid nunc de *arbitragatoribus* dicam? ei sunt qui haec occupent negotiis utentes fictis per *kalemata*. et si post kal. jul. mvm etiam nunc invertetur *diagramma*, talia negotia in reemenda transferuntur, amunita negotiis inversis apud Gallos atque Belgas.

His causae aliae quoque sunt quam egestas longum in futurum, neque copia recens necessaria est. nam si copia causa prima esset, *diagramma* aliud esset quam nunc de ca. mmiv usque ad ca. mmx, ubi copia est. praeterea, in plurimis mercatibus aliis Europeanis copiae aut nihil aut parum est, sed de annis abhinc x usque ad xxx redditus augebuntur. nihilominus copia haec maturabit.

Sed cur *paradoxai* de chartis singulis rariores fient? cum pecunia aliena — cui di immortales nullum vectigal est — in chartis maximos redditus habentes conlocata sit, potius quam in eis quae minoris sunt, sors mercatus nostrarum *misthopoieton* idcirco minor fiet ut hic mercatus quasi de aere alieno quemvis esse videatur. hoc quoque *arbitradores* occupabunt.

Quid plura dicam? si licebit aureatas reemere, et intra locum *diagrammatos*, quod *paradoxas* rariores faciet, et inter locos, quod faciet ut novem post annos cursus non diutius se invertat, mercatus facilius *arbitragabitur*.

Quid nunc *peri dialuseon* dicam? Mensa nuper nuntiavit se de hac deliberare. sed quia de alia aureata alio die praemium distributum est, veri simile est perpaucas aureatas *dialytas* futuras esse. nobis videntur viii p.c. a.d. vii id. dec mm, viii et dim. pars. p.c. a.d. vii id. dec mmv, quaevis denique editurae a.d. vii aut iun. aut dec.

Itaque, quid faciendum est? necesse est veno dare chartas

quae longe abhinc maturabunt, emere quae maturius, uti *tois essesthai, laxousin et kalemasin* ut durationem moderes; emere chartas quae minoris sint, sed apud maximum cursus in *diagrammati* (exemplo gratia nomino x p.c. a.d. iii non. sep. mmiii, ix et iii part. quart. p.c. a.d. iv non. aug. mmii, x p.c. kal. feb. mmi et ix et dim. pars. p.c. a.d. iv non. oct. mmiv; aut, si *xeniken* vis, viii p.c. a.d. iii non. iul. mmiii; in chartas mim maturaturas quae praemia maxima habeant transferre, ix p.c. mar. mm aut x p.c. feb. mmi; cum parvi sit, et, *dialyten* nobis esse videatur, *allassein* in viii et dim. part. p.c. dec. mmv, aut statim aut in auctione a.d. vii id. dec.

viii p.c. mm quoque maturabit a.d. vii id. dec., sed quia *dialyte* sit de istius praemio minoris faciendo quaerere nolumus.

c.f. quoque
Paradoxai II: de reemendo magnae exspectiones
Paradoxai III: *Laxeis xenikikai*
Paradoxai IV: vi p.c. mim, viii p.c. mm, et *dialyseis*




Diagramma cursus praemiorum de aureatis Americanis, Germanicis, Gallicis exprimens